



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Medvlla Theologiæ Moralis**

**Busenbaum, Hermann**

**Monasterii Westphaliæ**

Dub. V. Quid teneantur conjuges erga se mutuò, vi hujus præcepti?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40957**

Leff. l.c. Plura de his v. infra t. 5. c. 1. d. 4. & c. 3. d. 10.  
& Bon. d. 6. q. 1. p. 8.

DUBIUM V.

Quid teneantur Conjuges erga se mutuo, ut  
hujus praecepti?

Resp. Uxor in iis, quæ spectant ad domus gubernationem, & bonos mores, tenetur obedire marito, hic verò uxori, non ut servam, sed ut sociam tractare. Ratio est, quia maritus est caput, & uxor commembrum. Nav. c. 14. n. 20. Tol. Fill. t. 28. c. 9. q. 6. n. 144. commun. Unde resolves.

I. Conjuges peccant 1. Si debita intentione non contrahant matrimonium. 2. Si sine dispensatione prætermittant proclamationes. 3. Si Sacramentum matrimonii in statu peccati mortalis recipiant. 4. Si utantur matrimonio contra naturam, vel modo indebito, vel cum periculo abortus. 5. Si debitum sine justa causa negent. 6. Si cum periculo pollutionis tactus habeant impudicos.

II. Peccat graviter uxor, 1. Si maritum rixis, vel aliter verbis ad gravem iram, vel blasphemiam provocet. Fill. l.c. n. 145. & Bon. 2. Si quid notabile expendat contra voluntatem viri, & consuetudinem foeminarum similis status, nisi tamē ex paraphernalibus, si habet. 3. Si spredo viro sibi imperium vendicet. 4. Si nolit sequi virum domicilium mutantem, dummodo possit sine periculo vitae, & salutis, & contrariū nō sint pacti, & maritus post nuptias non sit factus vagus. Nav. Tol. Bon. p. 7. v. infra t. 5. cap. 1. d. 4. 1. 5. Sine sufficiente indicio male

Judicer de mariti incōtinentia. 6. Si sine justa causa debitum neget, v. infra l. 6. 7. Si se ingerat in administrationem domus sine justa causa, qualis est, si v.g. maritus prodigus bona familiæ dilapidet. *Sylv. Trul. c. 1. d. 4. n. 18.*

III. Peccat graviter maritus, 1. Si verbis contumeliosis, vel infamatoriis afficiat uxorem. 2. Si impedit illam circa præcepta Dei vel Ecclesiæ, sine justa causa. *Sayr. l. 7. c. 7. Nav. c. 14.* Si verò impedit, etiam sine causa, circa ea bona, quæ consilii tantum sunt, ut est confessio, communio, &c., communiter tantū peccat venialiter, nisi constet, quod magnam ex iis utilitatem percipiat, *Sayr. Fill. Bon. q. 1. p. 7. Trul. 3.* Si cædat graviter, moderatè tamen castigare verbis, vel etiam ex gravi causa moderatis verberibus, habita ratione conditionis & status, quandoq; potest. 4. Si alimenta neget, nisi tamen uxor à consortio mariti propria culpa discesserit. 5. Si negligat gubernationem domus, & rem familiarem. 6. Si uxori nō cohabitet, vel sine justa causa diu absit. 7. Si cum possit alimenta non procuraret, v. *Fill. n. 140 & 141. Nav. c. 14. n. 19. Tol. l. 5. s. 2. Sanch. l. 10. de matr. di. 18. n. 16. Bon. p. 7.*

## D U B I U M VI.

*Quæ obligatio Parochorum erga suos?*

Resp. Curatus, sive Parochus jure divino tenetur,

I. Residere in sua Parochia. *Trid. suff. 23. c. 1. de refor. Bar. de off. Paroch. ca. 8. n. 1. alioqui in conscientia fructus non facit suos, teneturque pro rata absentiae restituere fabricæ Ecclesiæ, vel causæ pie.* *Po.*